Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitvlatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vltima Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Visual Library

tes, & in omnem diſſolutionem remiſſi, expulſi ſunt.

a. *Ita loquitur & B. Hieron. contra Vigilant.*
b. *Vide eam apud Baronium, Anno Chriſti,* 828.

Vltima Octobris.

Admonitio de ſancta Nortburge.

COloniæ, depoſitio ſanctæ Nortburgis virginis, quæ tranſlata eſt ad montem ſancti Beati, prope Confluentiam. Hæc inter Belgicas Sanctas celebranda eſſet, ſi verè eam Barlandus nominaret filiam Pipini Hiriſtallij Brabantiæ ducis, ex Plectrude: Sed propriæ eccleſiæ, quæ natalem eius celebrant, affirmant claruiſſe Coloniæ in monaſterio beatæ Mariæ, quod Plectrudis, non mater, ſed matertera, conſtruxit. *Barl. de Duc. Brabãt.* *Apud Sur. tomo 5.*

Primo die NOVEMBRIS.

1°. *De ſancto Vigore, epiſcopo Baiocenſi.*

Ex hiſtoria excuſa tomo VI. *Surij, & admonitione Iacobi de* Markais, *Præpoſiti ad S. Vedaſtum.*

CIuitate Baioca, ſancti VIGORIS epiſcopi. Qui in Atrebatenſi territorio parentes habuit, generis nobilitate & fide conſpicuos. Eſtque regnante Childeberto Francorum rege educatus intra monaſterium beatiſſimi patris Vedaſti, vbi inter monachos tanta obedientia & humilitate præditus fuit, vt in ipſa adoleſcentia alijs omnibus gratioſior videretur: Cùm autem parentes eum non tam monachum, quàm opum ſuarum hæredem cuperent, ille memor ſententiæ Saluatoris, centuplum & vitam æternam ei qui parentes aut agros propter nomen ipſius re- *Matth. 19.*